7618 Nostia | Daphnidis l. | Cleopatra | ornatrix de vico | longo[1].

Romae (VI 9736 vidit Henzen; a dextra supersunt reliquiae exiguae alterius tituli). — 1) longo *vocabulum non vidit Henzen, vidit solus saec. XVIII Dom. Giorgius.*

Ornatrices ancillas vide supra N. 7418 seq., infra N. 7841.

7619 P. Petronius | P. l. Philomusus | tosor *(sic)* de vico | Scauri. In fr. p. XII, | in agr. p. XVI.

Romae ad viam Appiam (VI 9940 servavit Fabrettius).

7620 M. Octavius Primigenius alipilus[1] a Tritone[2], fecit Ancharenae Aphe coniugi sanctissimae et carissimae, de qua doluit nihil nisi mors eius, vixit annis XXXVII, et sibi et libertis libertabus, posteris suis. In fr. p. VIS[3], in ag. p. I$\overline{=}$–[4].

Romae (VI 9141 cf. p. 3469 bis ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cf. Senec. ep. 56, 2; Iuv. 11, 157. Corp. Gloss. Lat. III p. 307, 37 (hermeneum. Montepessul.): δρωπακιστής alipilus.* — 2) *Cf. N. 7375.* — 3) *Pedes sex semissem,* 4) *unum et quadrantem.*

7621 Cucumio et Victoria | se vivos fecerunt | capsararius[1] de Antonianas[2].

Romae (VI 9232 vidit Henzen). — 1) *Videtur intellegendus esse capsarius* (capsarar- *videtur etiam scriptum fuisse VI 9233. 9234). De capsariis thermarum cf. Dig. 1, 15, 3, 5; Edict. Diocl. 7, 75. Capsarii privatorum supra N. 7413; VI 6245. 7368. Capsarum faber fortasse N. 7628.* — 2) *Intellege: Antoninianis, sc. thermis.*

7622 T. Statili | Tauri l. | Antiochi | fab. tig., | in f. p. XII, in ag. p. XII.

Romae ad viam Latinam rep. (VI 9413 vidit de Rossi; tituli eadem inscriptione inscripti VI 9412. 9414 cf. 9415 = 6365[a]).

De collegiis fabrorum tignuariorum cf. supra N. 7224 seq. Adde N. 7028. 7687. 7715. 7723.

7623 T. Statilius Nicepor | faber struct. parietar.

Romae in monumento Statiliorum (cf. N. 7407) rep. (VI 6354 vidit Henzen).

7624 C. Iulius Salvius | structor parietarius | Iuliae Heuresi | coniugi sanctissimae, | Iuliae Restitutae f., | C. Iulio Statuto f. | Aediculae in qua ollae IIII | et inferiores II, datae a M. Iulio | Ianuario et a Iulia Brusa.

Romae, nunc Florentiae (VI 9910 vidit Henzen).

7625 M. Avidius M. l. Aesopus sibi et | Avidiae M. l. Zosimae coniugi, | fabr. intestin.[1] *(imago fabri cum securi ad tabulam stantis).* | H. m. s. s. e. hh. n. s.[2]

Capuae (X 3957 solus descr. Accursius). — 1) *Alii fabri intestinarii VI 8173. 9401. X 1922. Cf. Marquardt Privatleben ed. 2 p. 721.* — 2) *Hoc monumentum sive sepulcrum exteros heredes non sequitur.*

archive.org